atq; nullius poſſeſſione prius occupatum ingreſſus : omni ſqualore abſterſo: hoc quantumcunq; eſt ita excultum : atq; ad frugem paratum reddidiſſem : ut quicunq; poſt me res Venetas ſcripſerint : Icci rco quia hæc noſtra prius legerint : rem tantam ſemel adorti commodius ad exitum perduxiſſe credantur . Sed alii uidebūt quid hoc nomine nobis præſtandum putent : nos uero ne impudenter nimis : ulla futuri quæſtus expectatione meritum præuertamus : ſolo officio contenti . Iam hinc ab ipſa priſcorum Venetorum origine noſtram auſpicabimur hiſtoriam .